

## Omagium Conradi Ducis Mazovie.

138

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam  
 Conradus Dei Gratia Dux Mazovie Ruffie, etc. Notifica-  
 mus universis quibuscumq; expedit presentibus et futuris,  
 Quia ab Excellentissimo Serenissimoq; Principe Domino  
 Johanne Alberto Dei gratia Rege Polonie Supremo Duce  
 Lithvanie Ruffie Prusieq; Domino et heredi etc. Domino  
 Nostro gratiosissimo Ducatum Czernonez alias totam sortem  
 Ducatus et Dominiorum Nostrorum Nos ex Divisione cum  
 olim germanis nostris habita concernentem, cum omnibus  
 et singulis Terris Districtibus Territoriis Castris Oppidis Villis  
 locatis et locandis ac Baronibus Nobilibus Militibus Vasallis  
 omnibusq; aliis Munitiombus Fortalitiis Montibus Vallibz  
 Collibus Curijs Prediis Censibus Proventibus et obventionibz,  
 universis, quibuscumq; dicantur Nominibus, que et qui-  
 nunc sunt, et in futurum per industriam humanam pro-  
 curari possunt in Ducatu Dominio et Terris ad Sortem  
 eandem Nostram pertinentibus existentibus, de quibus  
 ac de qua Sorte nos cum M. dignata est investire gratio-  
 se in Feodum recepimus per Nos Successoresq; Nostros  
 masculos et feminas Nostris legitime natos ac proce-  
 dentes, eo Jure quo Feodales Principes Omagium et debite  
 fidelitatis Juramentum Dominis et heredibus suis pre-  
 stitit, tenere possidereq; conserverunt obtinendz obtinen-

Dam et obtinenda in perpetuum, de quibus Ducatibus Bo-  
nis Terris Districtibus Castris Civitatibus et Villis,  
alias de tota sorte, sic per Nos in Feodum recepta,  
Omagium et debite fidelitatis corporale Juramen-  
tum, ad eundem Dominum Nostrum Regem in Lu-  
blin pro die Epiphaniae proxime futura personali-  
ter venienter, prestare, ac super Omagio et Juramento  
prestatis, et in futurum prestandis Literas Nostras,  
Nostro Ducali Sigillo Sigillatas Domino Regi & Re-  
gno Poloniae dare et consignare perpetuas Sueq; Ma-  
tti Successoribus et Regno Poloniae parere servire  
& intendere. Ac contra quoslibet Principes atq; ho-  
stes Christianos et Paganos, cujuscunq; Status et Con-  
ditionis existentis, Consiliis Auxiliis totisq; viribus  
& potentiis quovis loco et tempore pura fide & absq;  
cujuslibet fraudis dolo assistere et suam Celitudi-  
nem Successores & Reges Poloniae fideliter et efficaci-  
ter, dum per ejus Majestatem & ipsius Successores pro  
tempore existentis Reges Poloniae requisiti fuerimus  
adjuvare in nullis eo deserendo adversis ac quocies  
Dominum Regem Successoresq; suos ad bellum evidenti  
necessitate imminente cum Terris Regni proficisci  
aut ire contingant, toties Nos cum Militibus Nobili-  
bus ac Vasallis predictis cum sua Matre & Successo-  
ribus Regibus similiter ire & proficisci, ac sive ipsum  
Dominum Nostrum Regem aut suos Successores Reges

contingant Terras expediri non proficiiscente personaliter  
sua Matre nihilominus Nos et Successores nostri cum  
Terris Regni ac ejusdem Domini nostri Regis, ad bellum  
juxta consuetudinem antiquam expedire, et insuper nul-  
lam pacem Concordiam Ordinationem Contractum Li-  
gam et Confederationem cum aliquibus hominibus  
sine scientia et bona voluntate Domini Regis Polonie  
et Successores ejus facere inire aut concludere, ac factas  
factasq; Ligas Concordias et Contractus dirimere rescin-  
dere cassare et irritare, deniq; nullas gentes in nocu-  
mentum Regni per Terras nostras mittere aut eas  
fovere, quin potius eorum transitum prohibere et in  
omnibus insidiis et adversitatibus occultis et manifestis  
que ad nostram pervenerit Notitiam Dominum nostrum  
Regem et Successores eius precustodire debemus et tenemus,  
Successoresq; nostri legitimi debebunt et tenebuntur.  
Ipsa tamen M. Domini ejusdem nostri Regis et Suce-  
ssoribus ejus Nos et Vasallos nostros in dicta sorte exi-  
stent; ab hostilitatibus et insultibus, quorum libet ho-  
stium, sic ut Regiam decet Celsitudinem tueri et defende-  
re, et eos ipsos Barones Milites Vasallos et Nobilita-  
tem totam Universosq; Subditos in Sorte nostra predicta  
nunc et in futurum existentes, in omnibus eorum Juri-  
bus et consuetudinibus in quibus per olim Mazovie atq;  
Cairnien; Duces conservari consueverunt, et conservant,  
in hactenus conservare debent et tenebitur, debebuntq;

et tenebuntur, eos autem Barones Nobiles Milites Vasal-  
los et Lauperes in sorte Nra Nobis Subjectos gravare non.  
Sed in jure quod per olim Antecessores Nostros Duces Ma-  
zowie in presentia temporis servatum est quemlibet juxta  
morem Prædecessorum Nostrorum observare, Et omnia  
Bona mobilia et immobilia per Nos eis ablata et Man-  
datum Majestatis sue Regie restituere, et nec in futuro  
alia sine Jurisdictione minus juxta recipere, Nullas De-  
mum exactiones Contributiones et alias in eos imponere,  
Nisi sorte Nos Necessitate urgente et cogente tamen De  
Consensu Consiliariorum et Voluntate Subditorum om-  
nium accedente. Promittimus et Nos Successoresq; Nros  
obligamus tenere presentium mediante in pæpetuum.  
In cuius rei etæ: Piotrkovia Dominica Letare. Anno  
Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Sexto.

Ta kopia jest przepisana z kopii legalizowanej  
Stowa Presentem Copiam cum suo originali conser-  
vavi fide publica Attestat Varaviae 22 Junii A.D.  
1769 Ignatius Ludovicus Nowicki Metrius Regni  
Cæpeticus

Van. 12 16 glni 1781.

Zamiadam. Adam Marusiewicz  
B. K. S. P. Włoxk<sup>u</sup>ny

As 71491